



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

SANCTI|| IOANNIS|| DAMASCENI OPERA,||

Johannes <Damascenus>

Parisiis, 1577

De diuino Sacramento. cap. xlvii.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71880](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71880)

A Nox venit? Homo somno contrahitur : ac fera liberè vagantur, ac singula cibum sibi Creatoris munere concessum querunt. Dies illuxit? Congregantur ferae: atque homo ad opera contendit. Ita nos vicissim inter nos cedimus. *Psal. 103.*
 Lumen & tenebrae sese inuicem expectare non sustinent: verum natura lege sibi aduersantur. *Synesius.*

De diuino sacramento. CAP. XLVII.

B **S**ECRETVM meum mihi, & meis. *Esa. 24.*
 Nolite dare sanctu canibus, nec proiciatis margaritas vestras ante *Mar. 8.*
 porcos: ne conculcent eas pedibus, & conuersi dirumpant vos.
 Nemo mittit vinum nouum in vtres veteres. Alioquin rumpet *Luc. 5.*
 vinum nouum vtres, & ipsum effundetur, & vtres peribunt. Sed vinum nouum
 in vtres novos fundendum est: & vtraque conferuantur.

Salutis mysteria ad quoslibet proicere, atque omnes aequè admittere, qui nec vita puritate, nec exacta ac certa fidei doctrina praediti sint, perinde est, ac si ingentis pretij unguentum in sordidum vas iniiciat. *Basil.*

Mellis dulcedinem quonam tandem pacto ijs exponam, qui ipsius ignari sunt?

C Mystice mystica, & sanctè sancta proloquamur: neque ad profanas aures ea proiciamus, quae minimè efferenda sunt, nec committamus, vt nos grauitate superare videantur, qui demones adorant, atque obscenas fabulas ac res colunt. *Naz.*
 Nefas est sacrosancta mysteria profanis enuntiare. *Philo.*

De sacrificiis: & quòd adulterina sacrificia Deus non admittat. CAP. XLVIII.

D **I**XIT Dominus ad Cain: Quare iratus es? & cur concidit facies tua? Nonne si bene offeras, malè autem diuidas, peccasti? *Gen. 4.*
 Omnia quaecunque habent maculam in seipsis, non offeres *Leuit. 22.*
 Domino: quia ipsi minimè grata sunt.
 Si offeratis caecum ad immolandum, nonne malum est? & si *Mal. 1.*
 offeratis claudum & languidum, nonne malum est? Offer illud
 duci tuo, si placuerit ei, aut si susceperit faciem tuam, dicit Dominus exercituum.
 Maledictus dolosus, qui habet in grege suo masculum, & votum faciens, immolat debile Domino.

De diuinis oraculis: & quòd ea audire ac meditari oporteat. CAP. XLIX.

E **D**ONITE verba mea in cordibus, & in animis vestris, & suspendite ea pro signo in manibus, & inter oculos vestros collocate. Docete filios vestros vt ea meditentur, quando federis in domo tua, & ambulaueris in via, & accubueris atque surrexeris. Scribes ea super postes & ianuas domus tuae: vt multiplicentur dies tui, & filiorum tuorum in terra. *Deut. 10.*
 Eloquia Domini eloquia casta, argentum igne examinatum, probatum terra, purgatu septuplum, &c. Eloquia Domini igne examinata, &c. Lex Domini immaculata, conuertens animas: testimonium Domini fidele, sapientiam praestans paruulis. Beati qui scrutantur testimonia eius. In via testimoniorum tuorum delectatus sum sicut in omnibus diuitiis. *Psal. 18.*
 Quàm dulcia faucibus meis eloquia *11.*
 P iij *118.*